Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



hominis quia reputas eum.
Homo uanitati similis factus est: dies eius sicut
umbra pretereunt.
Domine inclina celos tuos & descende: tange mon
tes & fumigabunt.
Fulgura coruscationem & dissipabis eos: emit
te sagittas tuas & conturbabis eos.
Emitte manum tuam de alto: eripe me & libera
me de aquis multis & de manu filiorum alienorum.
Quorum os locutum est uanitatem: & dextera
eorum dextera iniquitatis.
Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio
decachordo psallam tibi.
Qui das salutem regibus: qui redemisti dauid
seruum tuum: de gladio maligno eripe me.
Et erue me de manu filiorum alienorum: quo
rum os locutum est uanitatem: & dextera eorum
dextera iniquitatis.